UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

propter hoc renunciat priuilegio militari.l.iij.ff.de milit. teſta.l.antepenul.ff.de priuil. credit.

REGVLA CLXVI.

1 Qualitas adiecta † uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi.ut l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxalib.Ang. Aret.conſi.148.Alex.conſi.162.nu.8.uol.2.

1 Amplia. regulam locum habere in qualitate ad aliquã dignitatem uel prærogatiuam, quia illa etiam requiritur tempore quo dignitas uel prærogatiua defertur, ut c.innotuit. & c.dudum. & c. cum in euentis de elect.

2 Amplia. ſimiliter ſi pater ex forma ſtatuti tenetur aſſignare legitimam filio delinquenti, utique tenetur aſſignare ſolum de bonis quæ pater habebat tempore quo filius deliquit & non de bonis, poſtea quæſitis, quia incipit formari inquiſitio contra patrem & eo tempore obligatio incipit habere uigorem. & ideo non debet extendi ad alio tempore. Ita Bal.in l. lex Cornelia.ff. de uulg.& pup.

3 Amplia. etiam in caſu ſtatuti prouidentis dominum teneri pro delicto commiſſo a famulo quod utique non debet teneri pro delicto per eum cõmiſſo antequam eſſet eius famulus. ſecundum Flor. in d.§. ſi extraneus. nu.3.ff. de noxa. & l.fi.in princ.ff naut. Caupo. ſtab.cum aliis.

4 Amplia. etiam ſi extaret ſtatutum, ꝙ doctor qui conſuluerit habeat unum duc.pro libra. & tunc quia uerbum doctor regitur ab illo uerbo conſuluerit. Tunc ſufficit ꝙ tempore conſilij ſit doctor. Ita eſt tex. in l.præcipimus.§. ſane.C. de appell.& ibi Bar.format hanc quæſt.

5 Amplia. etiam ut ſi impetrans eccleſiam curatam tempore impetrationis erat inhabilis, nec teneat conceſſio, ſi liceat tempore uacaturæ reperiatur habilis. ut in c.ſi eo tempore de reſcript.in 6.

1 Fallit in caſu dotis ſecundum Deci. in conſi.5.nu.4.in prima parte uol. conſi. ut puta ſi extaret ſtatutum, ꝙ inſtrumenta omnia debeant regiſtrari, ſeu inſinuari, utique

hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc locum non haberet in caſu dotis . pro ut Saly.alleg. per Deci.in d.conſi.5. nu.3.uol.1. & conſi.218.nu.8. & 9. uol.1.Gramma.deci.57.nu.18. Ant.de But.in conſi.9.n.4.

2 Fallit etiam quando ſermo fit in impropria locutione. ut puta ſi diceretur, fiat tale quid non obſtante titio ſi titius non eſt in rerum natura, ut ſing. Corn.conſi 93.uol. 2.col.3.l.g. ꝙ not.uel ſi diceretur relinquo dotem uel alimenta in ea quantitate, quam habebit T. ſi titius nullam dotem habebit utique limitabitur ſecnndum uires facultatis.l.cum poſt.§. Gener.ff.de iure dot.

3 Fallit etiam ubi tractatur de ætate ſecundum Deci. in conſi.443.nu.24. ubi appellatione filii cum certa qualitate, non porrigitur ad nepotem. in quo illa qualitas non reperitur tempore ſucceſſionis, quod not. Bal.in l.iij.C. de ſuis & leg. Luc. de Pen. in l.Tirones.nu.7.C. de Tironib.l.12.ubi tenet nepotem admitti in regno excluſo filio: quod tu nota, & conſidera.

4 Fallit in qualitate extrinſeca, quæ inſurgit ſpeciali priuilegio perſonæ, talis enim qualitatis non fit repetitio, quia perſonæ coherere cenſetur, & ideo nullatenus debet extendi ex quo perſonalia ad unam limitatam perſonam deſtinata, non porriguntur, neque ſe extendunt ad alias. Ita Iaſ. in l.ſi fundum.§.ſi pater familias. nu.10.ff.de leg.i. cum aliis ibi.

5 Fallit etiam quando qualitas eſt incompatibilis cum uerbo. in eadem diſpoſitione, appoſito, ut puta ſi dictaret ſtatutum, quod clerici teneantur ad ſolutionem pedagii, quod laycis imponitur, utique cum regulariter clerici nõ teneantur ad ſolutionem gabellæ, pro contractibus per eos initis. ut Deci.in c.eccleſia S. Mariæ. nu.270.de cõſt. niſi clericus negotietur, uel niſi gabella imponatur pro refectione uiæ,uel niſi clerici uterentur beneficio ſtatuti laycorum, quia eo caſu clerici tenentur . ut Abb.conſi.6. in 2.dubio. uol.1. & in conſi.13.uol.2.

REGVLA CLXVII.

1 Quandocunque hæc dictio ſe extendit uſque ad annos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN